

5852 Ferentini rep. a. 1844 sub clivo in quo est n. 5853. Is locus ad ipsam Latinam forum Ferentinatum fuerit necesse est; haec enim statua est, quam huic homini titulus n. 5853 ait *in foro* positam esse (cf. Giorgi *Bullet. dell' inst.* 1850 p. 146). Fuit apud Bonum, nunc est in foro.

A · QVINCTILIO
A F · PAL · PRISCO
III · VIR · AED POT · IIIVR
I D · III · VIR QVINQ ADLEC
S EX · S · C · PONTIFICI PRAEF FAB
PATRONO MVNIC
P D D

Recognovi descriptam a Giorgio, qui refert in Secchianis n. 16, commemorat *Bull. dell' inst.* 1850 p. 146. Ed. Henzen ann. inst. 1851 p. 9.

5853 extra Ferentinum, sub ipsis moenibus tamen, rupi incisa, marginibus circumdata et superposito tympano, collocata ita, ut statua nulla super eam esse potuerit. Imaginem dedit Dionigia. Vocatur rupes scripta hodie *la Fata*, ut Soranae n. 5709. 5710 rupi suae nomen *delle Fatelle* dederunt. — In monte lapideo prope Ferentinum; hodie vocatur *la Fata* POGG. (syll.); 'extra montes prope muros in parte praerupta montis excisum est saxum secus viam, ad quod ascenditur cum difficultate . . . Intus est epitaphium quod ad te transmittitur . . . sed vide ut recte intelligas eas abbreviationes, sunt enim multae, et quid tibi de eo videatur responde . . . pluribus horis insudavi et sudavi quidem in meridie ad solem, sed tamen labor omnia vincit' IDEM in epistula ad Nicolaum data d. 11 Sept. 1428 apud Tonellium l. 3 ep. 19 vol. 1 p. 219; cf. ibidem ep. 20 p. 220 et ep. 21 p. 222, ubi haec leguntur: 'quod (epigramma antea missum) scribis difficillimis ad intelligendum notis, ego omnia plenissime lego intelligo exceptis quatuor litteris simul ordine positis H·A·I·R.' In monte lapideo extra Ferentinum ANGELIC. CHIS.; in agro Ferentino in monte saxato sive lapideo MARCAN. 305 similiterque FERR. RED. BON. LIL.; apud Ferentum in monte lapideo ubi dicitur *la Frata* [sic] IVC. AP.; in monte lapideo prope Ferentinum qui vocatur *la Fata* PEVT. 527 similiterque IVCVNDVS METELLI; extra Ferentinum ALC. CHOL.; Ferentini extra portam versus aestivum ortum id est versus Frusinonem ad sinistram viae Latinae POMPON. PEVT. 526; in Ferentino Campaniae in monte lapideo apud portam sanctae Mariae FIL.; *a Fiorentino dove si dice la Fata fuori delle mura verso Frosonone ed è cavata nel masso di pietra viva* BARTHOL.; inscriptio Ferrentanea, qua liquidorum modiorumque ratio aliqua ex parte constat, loco qui vulgo *la Frata* METELLVS; sub Ferentino loco appellato *la Fata* in viva rupe rudiuscule incisa, sed litteris satis formosis SMET. — Lorentiae FELIC.; sine loco PARMENSIS, MARCANOVA 86, BELLON. Inter urbanas MAZ. Romae in molis Hadriani porticu similem lapidem fuisse praemissis his: L·AELIO·CAES·DIVI·HADRIANI·AVG·F·COS·II (id est vol. VI n. 985) eumque frustra se in mole Hadriani quaesivisse sublatum cum aliis multis, quod a quo factum sit, scribere se non decere ait VILLALPANDVS in Ezechielem tom. 3 (1604) p. 364.

A · QVINCTILIO · A · F ·
PAL · PRISCO
IIII · VIR · AED · POTEST · IIII · VIR · IVRE
DIC · IIII · VIR · QVINQ · ADLECTO · EX · S · C
PONTIF · PRAEF · FABR
S
H · U · I · V · S · O · B · E · X · I · M · I · A · M · M · V · N · I · F · I · C · E · N · T · Q · V · A · M · I · N · M · V · N · I · C
S · V · O · S · C · O · N · T · V · L · I · T · S · E · N · A · T · S · T · A · T · V · M · P · U · B · L · I · C · E · P · O · N · E · N · D · I · N · F · O · R · O · V · B · I · P · S · E
V · E · L · L · E · T · C · E · N · S · V · E · R · E · H · A · I · R · H · I · C · E · X · S · C · F · V · N · D · O · S · C · E · P · O · N · I · A · N
E · T · R · O · I · A · N · V · M · E · T · M · A · M · I · A · N · E · T · P · R · A · T · V · M · E · X · O · S · C · O · A · B · R · P · R · E · D · E · M
10 sic HS · LXX · M · N · E · T · I · N · A · V · I · T · R · P · R · E · D · I · D · E · X · Q · V · O · R · R · E · D · I · T · V · D · E · H · S · IV · M · C · C
Q · V · O · D · A · N · N · S · V · I · I · D · M · A · I · D · I · E · N · A · T · A · L · S · V · O · P · E · R · P · E · T · D · A · R · E · T · V · R · P · R · A · E · S · E · N · T
M · V · N · I · C · I · P · I · B · E · T · I · N · C · O · L · E · T · M · V · L · I · E · R · I · B · N · V · P · T · I · S · C · R · V · S · T · V · L · P · I · M · V · L · S · I · H · E · M · N
E · T · C · I · R · C · A · T · R · I · C · L · I · N · D · E · C · V · R · I · O · N · I · B · M · V · L · S · V · M · E · T · C · R · V · S · T · E · T · S · P · O · R · T · V · L · H · S · X · N
I · T · E · M · P · V · E · R · C · V · R · I · A · E · I · N · C · R · E · M · E · T · V · I · V · I · R · A · V · G · Q · V · I · B · V · S · Q · V · V · E · C · R · V · S · T
15 M · V · L · S · V · M · E · T · H · S · V · I · I · I · N · E · T · I · N · T · R · I · C · L · I · N · M · E · O · A · M · P · L · I · N · S · I · N · G · H · H · S · I · N · E · T · I · N · O · R · N
S · T · A · T · V · A · E · E · T · I · M · A · G · M · E · A · R · R · E · S · P · P · E · R · P · E · T · H · S · X · X · X · N · I · M · P · E · N · D · A · R · B · I · T · R · III · V · I · R
sic A · E · D · I · L · I · V · M · C · V · R · A · F · A · V · O · R · A · B · I · L · E · S · T · S · I · P · V · E · R · P · L · E · B · E · I · S · S · I · N · E · D · I · S · T · I · N · C · T · I · O · N · E · L · B · E · R
T · A · T · I · S · N · V · C · V · M · S · P · A · R · S · I · O · N · M · O · D · X · X · X · E · T · E · X · V · I · N · I · V · R · N · I · S · V · I · P · O · T · I · O · N · V · M
sic E · M · I · N · I · S · T · R · A · T · I · O · N · D · I · G · N · E · I · N · C · R · E · M · E · N · T · I · S · P · R · A · E · S · T · I · T · E · R · I · N · T

Recognovi. Habet Pomponius Laetus apud Gammarum f. 73 n. 441 (inde Pentinger cod. 526 f. 16). Aliunde Poggius in syll. n. 84 (cod. Vat. 9452 f. 38; Rossi *le prime raccolte* p. 172; Henzen vol. VI parte I p. XL) eodemque exemplo cod. Parmensis f. 73'; Altempsianus Chisianus p. 2; Angelicanus D. 4. 48 f. 12'; Pandulphinianus f. 73 a et inde Borghinius p. 414 'ex libello Francisci Pandulfini'; Felicianus f. 126; Marcanova Bern. n. 86 et n. 305, Mut. f. 59' et f. 152; Olivae ms. f. 44'; Ferrarinus cod. Reg. f. 441'; Redianus f. 128; Iucundus f. 175; Bononius cod. Ott. f. 63'; Lilius f. 105; Sanutus f. 133; Bellonius f. 42'; Alciatus Feae f. 19; Choler f. 67'; Pentinger 527 f. 9; Apianus 159, 3; Mazochius epigr. urb. Rom. f. 39. Ex lapide descripserunt Filonardianus f. 107; Smetius cod. Neap. p. 163, ed. 81, 7 (inde Waelscappel f. 130; Ligorius ms. Neap. 35 p. 263, Taur. 8; Panvinus Vat. 6035 f. 132; Manutius orth. 670; Lipsius ms. f. 48; Grut. 461); Metellus Vat. 6039 f. 341 adscripta v. l. Iucundi; frater Bartholomaeus della Porta; Hoare *classical tour* 1, 317; Dionigia *viaggi* p. 19; *Classical journal* 31 (1825) p. 417; Marocco 5, 80; Ambrosch apud Kellermannum; inscr. Ferentines a. 1843 n. 7.

Versuum divisionem ex antiquioribus retinet unus Parm. usque ad v. 12.

- 6 //IVS lapis et ita Smet. et posteriores plerique, EIVS Pomp., CVIVS Pogg. Parm. (cum suis) Fil. Hoare, HVIVS Met., *Class. journal*, CIVS Dion.
- 8 post H·A·I·R spatium vacat in lapide.
- 9 inter PRATVM et AB puncta nulla sunt. Lectio vera etiam apud antiquos omnes invenitur; haud scio tamen an pertineat ad hunc locum quod Hermolaus Barbarus (castig. Pliniana ad l. 32 c. 2 sub lemma 'Numa constituit' f. E 5') scribit *posculenta non poculenta* scribendum esse 'cum ex antiquis Festi codicibus tum ex vetustissimo monumento quod Ferentini ostenditur'.
- 10 M·N·E(sic, non E)TINAVIT (punctis post ET et IN nullis) lapis itaque fere Smet. Met. et Bartholomaeus (hic ET pro ET) et fere recentiores,

ex antiquis vero soli Pomponius et Felicianus (hic ET pro ET); MNETIMAVIT Alc., M·N·CTINAVIT Iuc. Fil., MN///CTINAVIT Ap., M·N·TINANIT Maz., M·N·CONTINAVIT San., M·N·C·TIMAVIT Marcan. (Bern. 305 Mut. 153) Red. Ferr., M·EXTIMAVIT Parm. Marcan. (Bern. 86 m. 1), M·ESTIMAVIT Marcan. (Bern. 86 ex corr.), M·AESTIMAVIT Marcan. (Mut. 59), M·N·EXISTIMAVIT Bon., M·N·C·EXTIMAVIT (conflata utraque lectione Marcanovae) Oliv.; REDEM·LXX·QVOR·REDDITV mediis omissis Poggii codex qui unus superest.

14 ITEM] L·EM Parm. Marc. (Bern. 86 Mut. 59).
post INCREMENT spatium vacat in lapide.

17 FAVOR·ARIL Parm. Marc. (Bern. 86 Mut. 59).

A. Quintilio A. f. Pal. Prisco IIIvir(o) aed(ilia) potest(ate), IIIvir(o) iure dic(undo), IIIvir(o) quinq(uennali) adlecto ex s(enatus) c(onsulto), pontif(ici), praef(ecto) fabr(um).

[Huius ob eximiam munificent(iam), quam in munic(ipes) suos contulit, senat(us) statuam publice ponend(am) in foro, ubi ipse vellet, censuere¹). H(onore) a(ccepto) i(mpensam) r(emisit).

Hic ex s(enatus) c(onsulto) fundos Ceponian(um) et Roianum² et Mamian(um) et pratum Exosco ab r(e) p(ublica) redem(it) sestertium) LXX m(ilibus) n(ummum) et in avit(um) r(ei) p(ublicae) reddid(it)³, ex quor(um) reditu de (sestertium) IV m(ilibus) CC quodannis VI id(us) Mai(as) die natal(i) suo perpet(uo) daretur praesent(ibus) municipib(us) et incol(is) et mulierib(us) nuptis crustul(i) p(ondo) I, mulsi hemin(a); et circa triclin(ia) decurionib(us) mulsum et crust(ulum) et sportul(a) sestertii deni n(ummi), item puer(is) curiae increment(is)⁴; et (sex)vir(is) Aug(ustalibus) quibusq(ue) u(na?) v(escendum?) e(st?)⁵ crust(ulum) mulsum et (sestertii octoni) n(ummi); et in triclin(io) meo ampl(ius) in sing(ulos) h(omines) (sestertii singuli) n(ummi); et in orn(atum) statuae et imag(inum) mear(um) res p(ublica) perpet(uo) sestertios) XXX n(ummos) impend(at) arbitr(atu) IIIvir(um), aedilium cura. Favorabil(e) est⁶, si puer(is) plebeis sine distinctione libertatis⁷ nucum sparsion(em) mod(iorum) XXX et ex vini urnis VI potionum eminstration(em) digne incrementis praestiterint⁸).

- 1) Huius quoque statucae adhuc extat basis (n. 5852) collocata olim in foro et reperta loco antiquo una cum aliis titulis honorariis.
- 2) *Dei fondi*, Dionigia ait p. 18, *che lasciò Quintilio alla comunità di Ferentino, il Rojano ed il Ceponiano ritengono tuttavia la denominazione, chiamandosi uno la Roana e l'altro la Cipollara. Ancora il basso popolo conserva in qualche picciola parte il suo diritto sulla munificenza di Quintilio, inviando l'ultimo giorno dell'anno i suoi poveri fanciulli dai comodi abitanti con questo intercalare 'soffi, soffitelli [= paste dolci col miele], tre noci, e tre castagnè. Haec quamquam caute accipienda, nihilominus visa sunt adscribenda esse.*
- 3) Hunc locum antea obscurum nuper explicuit tabella Pompeiana n. 425 editionis Iulii de Petra (cf. Hermae vol. 12 p. 123), in qua Secundus coloniae servus ait accepisse se ab P. Terentio Primo nomine Stali Inventi sestertios nummos reliquos DCCLXXXVI acceptis antea HS VCCXXXIII ob avitum fundi Audiani (sic, non Rudiani, teste Zangemeistero) vel, ut est in altero exemplari, ob avitum et] patritum (sic, ut conieceram, in tabula esse testatur idem) fundi Audiani. Collatis duobus documentis intellegitur fundos rei publicae Ferentinatis, quos titulus nominat, a Prisco ita emptos esse pretio LXX milium nummum, ut eos statim redderet gratis, condicione imposita, ut res publica fundos eos in perpetuum locaret pensione annua sestertium milium quattuor et ducentorum, quos quamdiu conductor sive emptor rei publicae numeraret, fundi apud eum eiusque successores remaneret. Itaque fundorum eorum dominium verum iam

erat apud rem publicam, id est aviti erant eius et avitum, id est pensionem annuam, res publica inde percipiebat, perpetua possessio sive dominium quoddam secundarium eius erat qui eos conduxerat. Conductorem probabile est fuisse ipsum Priscum.

- 4) Ita vocabulum explendum esse, ut decurionum filii, sive praetextati tabulae Canusinae (vol. IX n. 338), ipsi dicantur *incrementa curiae*, ex v. 19 perspicitur, ubi adeo appellantur *incrementa nude*.
- 5) Similiter n. 5849 sic est: [decurionibus et Xviris et q. u. u. i. uxoribusque [filis fratribus et filiabus sororibusque) simul [discumbentibus). Formula potest fuisse quibus una vesci ius est, quam diversa ratione breviant.
- 6) id est opinor probatur mihi.
- 7) Si hoc dicere voluit qui scripsit nuces spargendas esse pueris tam ingenuae condicionis quam libertinae, male scripsit. Magis crediderim hoc caveri ne servilis quidem loci pueros ab hac sparsione arcendos esse. Redit res in n. 5849.
- 8) Significatur opinor incrementa, id est decurionum filios (v. not. 4), et nucum modios XXX spargere oportere pueris plebei ordinis (v. not. 7) et potiones ministrare, decurionibus opinor epulantibus, nec minus urnas vini VI eius rei causa eis attribuendas esse. Similiter apud Arvales pueri ordinis senatorii sacerdotibus epulantibus ministrant. Urnae VI sive amphorae III continent heminas CCLXXXVIII.

5854 Ferentini apud Bertonios.

C I L I
ALI · P · P
M V N I C I
D · E I · I T E R V M
5 I V M · R O G A
I · E I · A L I M E
D E C R E T

Giorgius descripsit (Secchiana n. 8 a).

5855 Ferentini in foro.

S · P · Q · f

Descripsi.

5856 Ferentini apud Giorgium.

NNI · IVVE
FVLGEA
AVIS ·
VIRE · T
5 TEMPO
VT · VENI
RS · POTER
ANNO

Descripsi.

Carminis videntur reliquiae esse.

5857 extra Ferentinum in clivo rep. a. 1844, deinde apud Bonum, iam apud Giorgium.

TESTAMENTO ex
QVOR · REDITU
NATALI · FILI eius sportulas
5 DECVR · OMnibus et uzorib
et FILIIs eorum

Descripsi. Giorgi ms.

Similis est n. 5849.

LXIII. CASINVM (p. 509. 979).

ad n. 5486. Donius ms. Neap. p. 143 'descripsit Nico. Haut-Buisson'. Legit 1 TERT·N, 2 IIIIVIR·I·DECEMVIRQVE.

8382—85 a greco di Santelia nella chiesa rurale di S. Maria Maggiore nel pavimento di musaico.

8382 *pontifex* 8383 $\left. \begin{array}{l} C \cdot F \cdot OVI \\ E \cdot N \cdot T \cdot O \end{array} \right\}$ 8384 $\left. \begin{array}{l} VIV \\ \end{array} \right\}$ 8385 $\left. \begin{array}{l} I \cdot C \\ T \cdot AN \end{array} \right\}$

Marcus Lanni in actis Casertanis 1882 p. 126.

ad n. 5206 pro *certi ac scr. certae*.

8386 Valleluce rep. ibi ubi est n. 5252.

ad n. 5263. Dele; est supra n. 4838.

⊖^o · C

Marcus Lanni in actis Casertanis 1884 p. 89. 1882 p. 113.

LXVI. AQVINVM (p. 509. 979).

ad n. 5454. Dele; Ostiis descripta est a Peruzzio (Lanciani *bull. munic.* 1882 p. 167), relata etiam apud Panvinium Vat. 6026 f. 65 (inde pendet Malvasia p. 486).

LXVII. FABRATERIA NOVA (p. 546).

8386a rep. a. 1882 in *tenimento di Arce* in praedio doctoris Caroli Magno.

D · M
POMPONIAE · PRISCAE
C · FABRATERIVS · PRIMITIVVS
CONIVGI
KARISSIMAE
ET
T · POMPONIVS · SECVRVS
LIB · ET · HERES

Iannelli *Commissione di Caserta* 1882 p. 185.
192. Maritus redit n. 5592.

LXIX. FRVSINO (p. 554).

8387 locum neuter auctor enuntiat; collocat titulum inter Frusinates duos LAETVS, post Ferentinatem n. 5853, cui locus adscriptus est, ante relatos loco non adscripto Frusinatem n. 5666 et Ferentinates n. 5839. 5837 OSCOTT. Frusinatem esse, quod antea suspicatus eram, iam reperto altero teste satis constat.

D · M · S
P · CARBETANIO · RVFO · EQ · R
MAGISTRO · IVRIS · CARBETANIA
MAXIMA · PATRI · PISSIMO · IN · RE · SVA · F

Pomponius Laetus apud Gammarum f. 58 (inde pro notitia dedi n. 690*, ubi vide, deditque pro urbano Henzen vol. VI n. 1602); codex Oscottiensis saec. XVI.

In vv. dividendis duo auctores eatenus consentiunt, quod quintum v. a SVA incipit Gamm., a RE Oscott. — 1 S om. Oscott. — 2 CARBETANIO (COTT. EX CARBEATIO) Gamm., CARBETANO Oscott. — E·Q·R Gamm., F·Q·R Oscott. — 3 TVRIS Oscott. *Magister iuris* ut exemplis non defenditur, ita per se videtur posse tolerari.

LXXIII. SORA (p. 560).

ad n. 5736. Dele; est urbana Grut. 724, 3.

LXXVII. FERENTINVM (p. 572. 982).

ad n. 5820. Ex Sirmondi schedis, excerptis opinor ex Ligorianis, edidit Brotier ad Tacitum 15, 53 (vol. 2 p. 502 ed. Paris. 1771).

ad n. 5821. 5831. 5832. 5847. 5853. Quinque hae inscriptiones Ferentinates exhibentur in tabula delineata n. 2102 musei Florentini, quam qui ei praesunt dubitanter tribuunt Antonio Dosio, fortasse vere proficiscitur a fratre Bartholomaeo a S. Marco; certe loci indicatio n. 5821 apud hunc totidem verbis redit. Quinta n. 5853 legitur etiam in tabulis eiusdem musei, quae adscribuntur Silvestro Peruzzi pictori cum eadem praescriptione, quam ex fratre Bartholomaeo attulimus.

ad n. 5838. Robertus Bassel architectus hoc anno (1883) data opera aedificia denuo dimensus Tuccianas mensuras veras esse invenit, Garruccianas ubi ab iis discedunt falsas omnes.